



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita B. Francisci Xaverii

Torsellini, Orazio

Coloniae Agrippinae, 1610

II. Xauerius futura & absentia prædicit, cogitationes hominum introspicit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42323

raque comprehendimus, iam reliqua
subtexemus; quæ de industria huc reie-
cimus, quia suis intexere locis haud sanè
facile, varias ob causas, videbatur.

CAPVT II.

*Xauerius futura & absentia predi-
cit, cogitationes hominum intro-
spicit.*

MVLTI quidem Xauerius præcla-
risq; Dei muneribus, sed non alio
magis quàm multiplici Prophetiæ dono,
conspicius fuit. Eius rei haud dubia in-
dicia elucet in omnibus ferme vitæ eius
partibus, sed illa maximè excellunt. Cos-
mus Ioannes, Procurator regius, adamā-
tem eximia magnitudine coëmerat in In-
dia octo aureorum millibus, quadruplo
pluris in Lusitania futurum. Hunc Fer-
dinando Alvaro in Lusitaniam soluenti
crediderat deferendum ad Regem. Sub
id tempus Franciscus Goam ad eum ve-
nit: pro familiaritate, vti mercimonia
eius habeant, rogat. Ille cum de cæte-
ris mercibus in Lusitaniam missis, tum
verò de adamante illo narrat, feliciter se-
cum agi ratus. Tum Xauerius rogitat cui
tandem

tandem naui tam pretiosam commiserit
 gemmam. Simul nauis nomen accepit.
 Nolim, inquit, isti naui credidisses. Cur
 tandem? inquit ille; an quia superiore
 anno aduersa tempestate iactata penè in-
 teriit? Minimè, inquit Franciscus; sed
 quia grauius ei impendet periculum.
 Tum verò ille Xauerium etiam atque
 etiam rogare, vt Deum pro illo nauigio
 orare ne desisteret; præsertim cùm ada-
 mantem illum suo periculo mitteret Re-
 gi. Anxio deinde Cosmo de nauis illius
 euentu, nunciatum est, eam, tabulâ vi
 tempestatis reuulsâ, propè haustam flu-
 ctibus; cæterùm denunciato perfun-
 ctam periculo, afflantibus X A V E R I I
 precibus, Lusitaniã secundo cursu te-
 nuisse. Prædie verò quàm Malacâ Fran-
 ciscus in Sinas solueret (vti eius socij, qui
 præsentibus adfuerant, commemorarunt)
 cùm inusitato quodam more super lectu-
 lum toto pronus corpore inter somni vi-
 gilixque speciem iaceret, diutissime con-
 stantissimeque in eodem habitu corpo-
 ris, in quem se composuerat, durauit,
 alienato à sensibus animo. Nam socios,
 qui fortè interuenerant, rei nouitate
 attonitos tanti viri reuerentia tenebat,
 quo minùs eum affari aut excitare susti-
 nuerent. Itaque à stupore ad curam versi-

*Malaca
 prospicit
 animo pe-
 riculum
 quod So-
 cietas Iesu
 subibat in
 Lusitania*

follicito animo, atque suspenso, rei præ-
 stolabantur euentum. Demum ille velut
 ex alto experrectus somno, & ingenti ali-
 qua molestia emerfus, certum hominẽ,
 qui tum in Lusitania versabatur, nomi-
 natim appellans, crebrò inclamauit, Deus
 tibi ignoscat. Atque in præsentia quidem
 quorsum tandem illa conquestio specta-
 ret, ipso, qui vnus norat, reticente, omnes
 latuit: verùm literæ deinde allatæ ex Lu-
 sitania rem patefecerunt; per id tempus
 vitio illius, quem tories lamentans nomi-
 ne appellasset Xauerius, magnum Socie-
 tati IESV in Lusitania detrimentum illa-
 tum: quod tamen Dei beneficio, & sci-
 licet deprecatione Xauerij, cessit in com-
 modum. Ex quo satis apparuit, Deum il-
 li, quid in Lusitania tum ageretur, osten-
 disse, vt imminens Societati periculum
 precibus auerteret suis. Nec longinqua
 solum Malacæ, sed etiam futura prædi-
 xit, nec tristia magis quàm læta. Sileo
 populationes agrorum, obsidionem vr-
 bis, pestilentiam ciuitatis, aliaque incom-
 moda vel inter concionandum, vel in ser-
 monibus priuatis, tanto antè Malacensi-
 bus prænunciata, sic prorsus, vt postea e-
 uenerunt. Sub ea animum memorabilis
 illa de Acenis barbaris victoria vaticina-
 tioque Xauerij tot vaticinationibus infi-
 gnis,

gnis, tot diuinæ prouidentiae indiciiis nobilis. Iam verò ad Amboinum Molucasque insulas quàm multiplex ac varia prædictio! Quàm egregiæ prænunciationse de Tolana victoria, de aduentu scaphæ, quam vis tempestatis abstulerat! Sed hæc non inaudita, illud nouum. Sinas cum peteret, in Malacensi cursu, rostrata nauis, qua vehebatur, inter insulas Samatrae adiacentes tempestate subito iactata, apertum naufragij adibat periculum. Ingens iam omnium mentes desperatio inceslerat, cum mortis imminentis species omnium obuersaretur animis. Ibi tum Franciscus Iacobum Sofam nauarchum adit, eumque, ac ceteros qui aderant, bonum habere animum iubet: eodem ipso die sub vesperam sedata tempestate, nauim portum esse capturam. Idque, uti prædixerat, prorsus euēnit. Ante solis occasum auster cadit, mare sedatur, portus tenetur. Nec salutem aduentantem modo, sed mortem etiam impendentem, multis sæpe prædixit. Nam, ut de Ioannis Arausij prænunciata morte taceamus, Malacæ cum Antonio Sosa familiariter colloquens, mentione de Præfecto urbis illata, liquidò affirmavit, illum, etsi optime tum valeret, haud ita multo post è vitæ cessurum. Prædictionem mors eiusdē

Vaticinatio tranquillitatis in metu naufragij.

Prædicit maturam mortē bene valentium.

X 5 intra

intra alterum mensem comprobavit. Soluens inde in Sinas, Iacobum Pereriam, mercatorem locupletem, cuius naui vehendus erat, pro amicitia monuit, alium ut substitueret curatorem mercium suarum: nam, quem destinasset, in Sinas haudquaquam esse peruenturum. Et vaticinationi respondit euentus. Curator ille in ipso cursu extinctus est, prius quam Sinarum fines attingeret. Molucum deinde lembo petens è portu pariter soluit, cum Ioanne Galuano mercatore, qui alio lembo vehebatur. Haud multo post vi tempestatis abreptus Xaverius, destinatum tenuit portum. Ibi cæteris Galuanum auidè expectantibus, ipse pro concione repente auditores pro Galuano modo extincto ad comprecandum Deum hortatur. Et triduo post Galuani merces repertæ in littore, domini naufragium & interitum ostenderunt. Illa quoque eius vaticinatio admirabilis, quam nuper res ipsa comprobavit. Navis erat in India adeò vetustate fluctibusq; labefactata, ut plerique vererentur, ne, si mari se commisisset, tempestate dissolueretur prius, quam aspiceret portum. Tum Xaverius (nam fortè aderat) diuino instinctus Spiritu, Bono animo estote, inquit: neque enim hoc itinere est interitura navis

Vaticinatio de naui in portu peritura.

isthæc

isthæc, sed demum sine cuiusquam damno peritura. Et fuit prædictioni fides, nec defuit euentus. Quippe institores haud dubij, quin id, vt alia multa, Franciscus prædixisset diuinitus, pro se quisque in eam nauim suas merces imponere certabant, rati, quod erat, se sine vlllo naufragij iacturæ discrimine illa naui vltro citroque commeare posse. Nec eos sua fefellit opinio. Nauis, quamuis vetusta & cariosa, vsque ad annum huius sæculi LXXXIII. in tot cursibus ac tempestatibus incolumis semper mansit, annos propè XXX. ipsi superstes Xauerio. Tandem cum mercibus vacua federet in portu, sua sponte dissoluta, sine cuiusquam damno interiit, haud certior in incolumitate sua, quàm interitu, testis Francisci vaticinationis. Nec verò futura solum, absentia, ac remota, Prophetarum more prænunciauit, sed animos etiam hominum, cogitationes, & vitæ maculas introspexit. Id adeò etsi arcanum fugæ consilium ab Ioanne Duro initum, à Francisco diuinitus cognitum, (vt suo loco demonstrauimus) satis ostendit; tamen multo etiam magis declarabunt ea; quæ deinceps dicturi sumus. Bazainum oppidum est India, quod inter Goam & Indum flumen situm, diximus pari ferme vtrinque di-

stare spatio. Huc Xaverius sub Iaponicam protectionem Proregis conveniendi causa, qui in Cambaia versabatur, diuerterat. Ecce autem Malacensis quidam, eius studiosus atque amicus, obuiocomplexum ferebat. Hunc Franciscus à perdita vitæ ratione ad honestum piumque viuendi genus perductum, vt animæ suæ confuleret saluti, iustissimis de causis in Lusitaniam remigrare iusserat, & Sacramentum frequentare confessionis. Cæterum is etsi primò receperat se vtrumque facturum, deinde tamen in vtroque fefellerat fidem, abiecto Lusitanicæ protectionis consilio, tertium iam annum sine confessione traducens. Ergo vt eum in India adhuc hærentem conspexit Xaverius, simulque conscientiæ eius vulnera diuinitus vidit; amici amplexum amicumque ipsum pariter auersatus, Apage te, inquit; siccine, bone vir, stetit promissis? en (vt fileam cætera) ex quo in Indiam à meo digressu nauigasti, vitæ noxas confessus es nunquam. Ego verò te neque alloquar, neque amicum agnoscam prius quàm delicta confessione expiaueris. Tum ille, qui & dilatæ confessionis & flagitiorum suorum conscius sibi esset, hac voce perculsus, facile animaduertit, id ipsum diuinitus (neque enim humani-

Amici peccata diuinitus videt, & quamdiu is confessione abstineat.

tus
circa
suam
ford
se. A
gasse
let;
quit
enim
ac se
conf
ciscu
iudi
exp
men
Xau
qua
bus
crib
succ
ciat
men
catu
trip
tri

tus

tus poterat) à Xauerio obiectum. Quo-
circa culpam agnoscens ac præ se ferens
suam, extemplo confessione eluit animi
sordes, quas Frācisco senserat subolui-
se. Alium item amicum Cocini cum ro-
gasset uti valeret, illeque, rectè, respondi-
t; Corpore tu quidem rectè vales, in-
quit Xauerius, sed animo non item. Tum
enimvero ille, ut qui nescio quid fraudis
ac sceleris illo ipso agitaret tempore,
conscientiâ ictus fatetur ingenuè, Fran-
ciscum veriùs quàm se de sua valetudine
iudicare. Itaque peccata apud eum ritè
expiat, scelestoque illo consilio abiecto,
mentis recuperat sanitatem, quam illi
Xauerius deesse persenserat. Pridie verò
quàm excederet vita, alterum è comiti-
bus, qui sibi ægrotanti præstò erant, a-
cribus intuens oculis, miserabili voce ter-
succlamauit, Væ tibi. Nec irrita denun-
ciatio fuit. Haud ita multo pòst ille, cum
meretricijs iam pridem amoribus impli-
catus teneretur, subitò cæsus interiit; ut
triplex illa Xauerij comminatio videatur
triplicem illi pestem denunciaſſe, con-
scientiæ vulnus, corporis cla-
dem, interitum ani-

mi.

*Amici a-
nimū sce-
lus molien-
tis intro-
spicit.*

*Moribun-
dus comi-
ti suo per-
niciē præ-
dicit.*